

veritudo ideo non obstat. part. 194. de rescri. rem. 1. Cened. in pract. quest. canonic. 45. n. 15. eoque decreto simul jubetur iudici, ut tollat censuras, & excommunicatos absolvat pro illa causa ligatos.

203 Secundum genus decretorum dari solet, quando appellatio non rite, aut recte seu intra legitimum juris terminum, ac aliquo juris defectu, non servatis debitis solemnitatibus, est adjecta, vel quando sui natura, & qualitas aliis postulat suspensivum effectum dumtaxat, quia à jure privilegiata est. Quia si ejus privilegium ex progressu litis, ac modo proponendæ actionis fuerit alteratum, variatum, & amissum, quia tunc cum licitam faciat, & permissivam executionem, vim non fieri declarandum est, juxta nostram leg. Regiam 36, ibi: *Y si por el dicho processo pareciere la dicha appellacion no ser justa, y legitimamente interpuesta, remitan luego el tal proceso al juez Ecclesiastico con condenacion de costas si les pareciere, para que el proceda y haga justicia, &c. in hunc modum:*

204 *Dixeron que el dicho juez no haze fuerça en no otorgar la appellacion en esta causa, interpuesta por la parte de N. y remiten la causa, y proceso, para que proceda en ella, y haga justicia:* aliquando in hoc genere decretorum negativo fit expensarum condemnatio secundum d. l. & inferius dicenda.

205 Tertium genus decretorum hac cognitione per viam violentiæ, in non deferendo appellacioni solet dari, quod conditionale est, aut etiam mixtum dici potest, participans ex duobus prædictis; quia in eo decernitur (conditionaliter tamen,) judicem vim non fecisse aut vim fecisse ob denegatam appellacioni delationem.

206 quod in hunc modum concipitur: *Dixeron que el dicho juez Ecclesiastico ostendo de nuevo, o dando termino à la parte, o recibiendo el negatio aprueba, o admitiendole la exception, que oppone, &c. (quæ omnia loco exempli ponuntur) y reponiendo todo lo hecho despues de la appellacion, no haze fuerça, y se le remite el proceso, y no lo lo haziendo, la haze, y otorgue la appellacion, y reponga lo*

207 *hecho, &c. de cujus decreti natura, quia latè, & accuratè (prout ejus natura requirit) infra, hac 1. part. cap. 5. hic omitto ad illud remittens.*

208 Non enim dicitur in hoc decreto, vim facere, non adimplere id, quod sibi pro conditione impositum est, sed casu, quo illud non faciat, vim facit, non deferendo appellacioni à se interpositæ, pro quo duo notare debes quæ omnimodo necessaria sunt ut præcisè concurrant, ut huic decreti conditionalis generi locus sit de jure. Primum ut id, quod iudici pro conditione appositum 209 est, sit ejus naturæ, & qualitatis, quod ipsemet iudex cessante decreto, licitè de per se potuisset facere, ut accidit in iis gravaminibus, & interloquutionibus, quæ iudici licitum est reponere, & revocare: juxta cap. cum cessante, de appella. l. quod jussu, ff. de re judi.

210 Secundum est, ut si appellatio cui delationem negaverat, interposita ab eodem gravamine, fuerit de jure licita, & permixta quoad utrumque effectum, & suspensivum & devolutivum, & per consequens ex actorum inspectione evidenter appareat, vim fecisse iudicem, illi non deferendo, & ita iudices supremi justissima de causa moti Ecclesiastico dans modum suavissimum, quo ille sua utens juris facultate possit desistere à violentia, & jurisdictionem causæque cognitionem reassumere, prout ipse (ut dixi) licite poterat facere etiam à principio, cessante decreto Regio, eoque modo partium sumptibus, laboribus & delationibus consultitur, si iudex (cujus arbitrio, electioni, & potestati hoc relinquatur) priori decreti parti acquiescens, conditionem adimpleat, & tunc cessat violentia, cum cesset appellatio cessante gravamine, causa coram eodem prosequitur prout nos latissimè, & utiliter de hoc diximus infra 1. p. d. cap. 5. à princ.

211 Quartum genus decretorum in hac specie violentiæ

illud est, quando scilicet nihil decernitur super articulo principali violentiæ, super quo additus fuit Senatus sed dumtaxat decernitur, processum non venire per ordinem (hoc est) legitima via juxta ordinem, & instructionem, & hoc tunc locum habet, quando deficit in processu appellatio. Etenim, cum in hac materia vis nulla esse potest, ubi deficit appellatio, quia super ejus denegatam delationem, & ejus virtute suspensa sententiæ executionem, fundatur, & constitit violentia, & recursus (ut superius diximus) ideo deficiente primo mobili, & fundamento necessario, nulla vis adest, nec ex eorum inspectione detegitur, ac propterea nihil decernit Senatus super ea, sed hoc modo *Dixeron que el dicho proceso no viene per la orden, y se buelva al notario de la causa.*

Quintum, & ultimum genus decretorum duobus 213 modis solet incipi aliquando dicendo *Dixeron, que el dicho proceso no viene en estado quod tunc accidit, quando processus inspicitur, & reperitur provisionem ordinariam non fuisse iudici, aut parti intimatâ. Secundo modo istud decretum concipitur, quando scilicet est appellatum conditionaliter, & à gravamine nondum per iudicem illato, ut putâ si non me admiseris ad probandum, vel, si non mihi terminum concesseris, & alii in casibus, quos latè congressimus infra, 2. part. r. 2. per totum, quibus non expectat appellans iudicis declarationem, aut determinationem petiti, vel aliquibus similibus aliis casibus, & tunc ita decernitur: *Dixeron, que por agora no haze fuerça, y se buelvan los autos al notario, para que el juez haga justicia, & promiscuè etiam hoc casu decernitur: Por agora no viene en estado, &c. & iste verus est decretorum stylus, & praxis, quam omnes Senatores, & advocati supremorum tribunalium experti imò & moderni etiam hoc sciunt & aliter dicere foret proximi ignorare usitatû stylû confundere, & destruerè.**

Hinc Senatores & advocati communiter conerunt 215 Cevall. qui (post hæc scripta) asserit in epistola ad Regem n. 80. ad fin. in hac: *Y deste principio nasce bolverse à remitir muchos procesos al tribunal ecclesiastico decretando que no haze fuerça, o que no viene el proceso en estado que es lo mismo que dezir, que no ha lugar, cui quidem vulgaris praxis, juris principio, & Senatorum, & Advocatorum peritia resistit falsum esse probantium.*

Etenim multum diversum est decretum, quo dicitur 216 absolute, vim non fieri, aut *el proceso no esta en estado,* quoniam in priori casu super eodem articulo non potest iterum aliquis haberi recursus ad Senatum Regium; in secundo autem sic, putâ, intimata postmodum provisione ordinaria parti, aut iudici, aut etiam postea facto gravamine per iudicem cum effectu, & etiam quando declaratur non venire per ordinem, cò quia non apparuit appellatio ex actorum inspectione, quia licet tunc in actis non adfuerit potuit legitimo tempore interponi, & in rei veritate adesse; ac propterea quando postea appareat, quis dubitat posse iterum ejus virtute ad Senatum per viam violentiæ recurrere: prout in dies fit; quod etiam idem potest contingere, quando appellatio revera interposita non est coram ecclesiastico, sed tamen potest esse gravamen intra terminû ad appellandum, vel à die in intimacionis sententiæ; vel ab ejus notatiâ, intra quem postea licet interjecta appellacione, ad Senatum recurrere, quod oppositum totum est in primo genere decreti, putâ; quando declaratur vim non fieri, quia tunc nullum habet recursum conquerens, nec appellacionem, nec supplicationem, nec nullitatem, & ut tibi clarius pateat, cupis videre, quæ inter hæc duo decreta sit differentia, quanta inter sententiam diffinitivam absolutoriam, sententiam interloquutoriam ab observatione iudicii, seu instantiæ; putâ, quia ineptus libellus fuit propositus, quia prima perpetuum parat præjudicium, secunda autem donec rectè denuo proponatur libellus.

Pariter

217 Pariter & iterum ipse Cevall. corripendus, dum in questione 897. sub num. 142. ausus est in hæc scribere: Et si facta fuit violentia in causa per iudicem Ecclesiasticum, exequendo sententiam suam, non obstante appellacione (in casibus, in quibus non erat exequenda) tunc revocantur acta executionis, & declaratur vim fuisse factam, &c. *Sicque otorgue, y reponga de por ninguno todo lo hecho despues de la dicha appellacion, y en el tiempo que se pudo appellar.* Hec ille nunquam vidit, nec audivit tam reprobam stylum; nonne hæcenus nos fuimus professi, catervam Doctorum sequuti, ut Senatores non se intromittant in declaratione causæ principalis, justitia aut injustitia sententiæ, aut appellacionis; sed duntaxat circa qualitatem, & naturam appellacionis, quantum sufficiat ad detegendam, vim in denegata delatione, & sententiæ executione; cur igitur modò Cevall. asseverat acta annullanda declarare Senatorem? ipse autem terminos juris, & decretorum genera confundit, siquidem in decretis laicorum, hoc est, en los autos de legos, quando scilicet, iudex Ecclesiasticus se intromittit cognoscere de laico reo super re merè profana, quia tunc cum licitè inhiberi potest à Regio Senatu, qui ab illo in totum tunc amovet causæ illius cognitionem, & remittit iudici laico competenti, ac ideo meritò decernitur annullanda acta, tanquam, scilicet, facta à iudice incompetente, & carente jurisdictione temporali, quia fidem non faciunt, at ubi pro violentia ob non delatam appellacionem in causa ad se pertinente, aditur Senatus, illa non militant, sed penitus cessant, ac ideo absurdum foret acta annullanda declarare contra principia, & fundamenta hujusmodi cognitionis extrajudicialis per viam violentiæ, quod & iterum dixisse reperio, in tract. de cognitione per viam violentiæ, gloss. 18. sub num. 171. in secundo decreto, &c. quod pariter delendum est, tanquam omni stylo, & rationi juridicæ repugnans.

220 In eundem errorem lapsus est in gloss. 12. sub nu. 5. ubi verba illa nostræ legis Regiæ 36. ibi: *Alcando la fuerça, exponit ille, id est, revocando tradita executionis, provean que el tal juez la otorgue, &c.* error enim geminatus indulgentiæ non est dignus, sciant cuncti, nunquam tale genus decreti ita fuit conceptum, ut hæcenus superioribus dixi.

221 Sed, aliud ipse Cevall. d. gloss. 18. sub n. 171. in sexta formula decretorum, refert decretum, ex cujus conceptione longè majus ortum est scandalum Senatoribus, & peritis advocatis tribunalium, cujus epitaphium ita dicit. *Auto entre dos juezes Ecclesiasticos, y que una parte declina y otra sentencia y cognosce. Sequitur, & facit: Dixeron quel el dicho juez Ecclesiastico conservador, o Apostolico en recognoscer en la dicha causa haze fuerça la qual alcando, y quitando, remittieron el dicho proceso y cognosmiciendo al dicho vicario, para que haga justicia, y revocaron, y dieron por ninguno todo lo hecho por el dicho juez Ecclesiastico, o Apostolico, y que alce las censuras, y quite el entre dicho, advertit ipse ibidem dicens: Y si la causa fuere del conservador remittir se la y declararon, que haze fuerça el ordinario.* Hæcenus de tam nefando decreto. Si enim ex proposito aliquis dolo, & malitia tumidus voluisset formare aliquod decretum repugnans ex diametro justificationi hujus Regii recursus, certè aliter non posset concipere, quam forma relata: illi etenim hujus cuncta cognitionis principia, & elementa recitat, còtra quod, & singulas ejus partes, tot possem suscitare fundamenta quin hoc omne volentem caperet: sed breviter directionis gratiâ obiter advertam pauca.

223 Quid enim ex eo decreto reservatur superiori Ecclesiastico, terminatur articulum, cum totus principalis ibi per tale decretum est omnino terminatus: Nonne superior Ecclesiasticus poterit aliter definire, & sententiare, quantumcumque jurisdictione prærogativa utatur?

tur? ibi enim declaratur, iudicem conservatorem non potuisse procedere, & cognoscere ibi: remittitur causa & ejus cognitio ordinario: ibi revocatur, & nulla declaratur omne in ea gestum per conservatorem, quia enim talem jurisdictionem Ecclesiasticam dedit Principibus secularibus; Quis enim Princeps secularis Christianus saltem Hispanus, ejusque Consiliarii, tam reprobam intentionem habuere, ut vellent Ecclesiasticam jurisdictionem tam publicè usurpare? Quod Hispaniarum tribunali hæcenus est auditum, tale decretum ita fuisse unquam formatum? ex eo enim tota cognitionis extrajudicialis per viam violentiæ, atque defensionis & protectionis naturalis (quæ absque umbra jurisdictionis Principibus supremis duntaxat est omni jure concessa) justificatio subverteretur, cujus primum principium est, & præcipuum fundamentum in hac materia, quo tot impugnationibus satisficit, Principem non se intromittere in justitia, aut injustitia causæ principalis, nec in justitia aut injustitia appellacionis, sed in cognitione violentiæ per qualitatem appellacionis, an debeat ferre, vel non, quod est merum factum, & hoc extrajudicialiter, & absque jurisdictione, de quo latius supra, cap. 1. prælaud. 5. & vere per totum illud, & præfens capitulum.

Igitur pro junioribus advertendum, quod quoties 226 inter duos iudices, putâ, conservatorem, & ordinariam est differentia supra cognitione alicujus causæ, qui ad invicem se inhibent, & excommunicant, & uterque cognoscit, & in causa conatur procedere, & utriusque jurisdictionis declinat, tunc hujus articuli cognitio impossibile est, ut ad Senatum Regium possit venire, nisi per viam violentiæ, interposita præcisè appellacione, & tunc si uterque appellat ab alterius processu, & cognitione uterque potest querelare, & ad Principem recurrere, & tunc ex actorum inspectione quis vim faciat detegitur, quia constat ex eisdem absque jurisdictione & per consequens nulliter procedere, & tunc eundem vim facere non deferendo appellacioni ab eo interjectæ, deferat, & reponat, decernitur: alterum autem iudicem, putâ, ordinariam in denegando delationem appellacioni ab eo interpositæ, nullam vim fecisse, processusque sibi remittitur, & sic juxta primum, & secundum genus decretorum simpliciter declaratur in hoc casu.

Aliam etiam decreti conceptionem apponit ipse 227 Cevall. d. n. 171. quod est 12. in ordine, circa ejus impugnationem plura in medium adduci possent, qui in Summario præmittit: *Auto quando appella de otorgar la appellacion en la via executiva.* Sequitur & facit: *Dixeron, que no wo lugar de vir como vino, y se buelva el proceso al notario,* quis enim in hoc casu hoc genus 228 decreti prudens concipere poterit? Siquidem in hoc casu quando appellatur à delatione appellacionis in via executiva; ut plurimum, & regulariter violentia adest, quia appellatio legitima est, & illum habet effectum, ut iudex, qui contra jus detulit appellacioni non suspensivæ poterit per actoris contractionem, & sic per ejus appellacionem revocando delationem, reassumere jurisdictionem & in causa ad suæ sententiæ privilegiatæ executionem liberè procedere, alio non existente defectu, & impedimento, prout nos dilucidè, & amplissimè probamus post innumeras Rotæ, & Doctorum autoritates & doctrinas infra 3. p. cap. 18. per totum, & etiam cap. 17.

Quare minus rectè percepit Cevallos decretum illud 229 in hoc casu, cum potius regulariter in concipiendum sit ex tertio genere decretorum, putâ: *Dixeron, que reasumiendo la jurisdiccion, y reponiendo lo hecho, no haze fuerça, y se le remite, y no lo haziendo, la haze, otorgue* 230 *y reponga, &c.* & ita tenendû est, quia omni juri congruè est, & consonum secundum quæ nos congressimus dictis capitibus 18. & 17. & tandem cave omnino ab illius praxi

praxi, & decretis quoniam vix aliquod scripsit, quod vitio careat, ut ex eorum inspectione manifeste cognosces.

231 Aliud insuper meminisse iuvabit, ut à neutro horum decretorum genere in Senatu admittitur supplicatio, nec appellatio etiam ad Principem, nec alius datur ullo modo recursus, ut probant Avenda. de exequen. manda. c. 1. n. 32. versiculo & quia provisio, in prima parte, Nostras Gasp. Rodrig. de annu. reddit. lib. 1. quest. 17. n. 73. Practicus Monterros. in 5. tract. de Cancellar. tit. Sigues el tercero proceso, que es Ecclesiastico, &c. ad fin. fol. 93.

232 & sequent. ad fin. fol. 94. & est expressa l. 5. tit. 5. lib. 2. recopil. ubi cautum est: Que los pleytos Ecclesiasticos, y negocios, que los Alcaldes mayores del Reyno de Galicia mandaren traer ante si por via de fuerza, sobre otorgar, y reponer, o remitir, que si de lo que en ellos, o en cada uno d ellos, determinaren, se appellare por alguna de las partes para la nuestra Real audiencia de Valladolid, que Presidente, y Oidores de la dicha audiencia no se entremetan à conocer, ni conoçcan de las tales causas por appellaciones; ni en otra manera alguna, ni den provisiones, para que las

233 tales pleytos vengan à la dicha audiencia, & ita communiter practicatur, & ad unguem servari, certum est ubique tribunalium supremorum, quibus nullatenus tentatur huiusmodi decreti supplicari; & si non potest supplicari, nec potest appellari, quia revisio appellationi requiratur. Lancell. de arteta. 2. p. c. 19. n. 8. Gasp. Rodrig. de annu. ubi proximè, n. 73. quia hæc revisio, & supplicatio de seipso ad seipsum, prout eleganter pro-

234 bat Mier. de major. 3. part. qu. 2. n. 26. & à n. 24. & supra imò dicit Rodrig. ibi. ex hoc etiam nullitatis allegationem removeri, ex regula l. 4. tit. 17. lib. 4. recopil. Hinc audiendus non est Ceval. (post hæc visus) in tractatu de cognitione per viam violentiæ, gloss. 9. sub n. 10. versiculo, y en confirmacion desta verdad, dum asserit, quod à decreto violentiæ, nec supplicatur, nec appellatur (nullo citato auctore, sed notata per Anastas. German. de sacr. immunit. lib. 2. cap. 13. num. 17.) ex eo quia in hac cognitione proceditur extrajudicialiter quod secus fuerit (inquit) si foret cognitio judicialis, quia rationi huic totius juris principia repugnant, cum indubitatum sit, ab actibus extrajudicialibus, & iudice extrajudicialiter procedente atque umbra iudicii appell-

236 lare permitti, quæ dicitur similiter appellatio extrajudicialis, de qua latissime nos egimus infra, lib. 2. cap. 13. à princip. quo quidem ejus ratio evacuat.

237 Quare merito dictis decretis latis expeditur provisio Regia; scilicet primi, & tertii generis, ejus tenore inserto; alio autem, cum scribantur aliquandoque ad crampulas ejusdem process. provisio expediti non solet, quia cum processu redeunt ad iudicem Ecclesiasticum, si autem ibi non sint adscripta, per Secretarium tribunalis dari solet ad petitionem partis certificatio, decreti tenore inserto, ut iudex Ecclesiasticus certioretur, quia in iisdem decretis nihil iudici Ecclesiastico petitur faciendum, cum per ea sibi processus remittatur.

Memineris tamen nostræ l. Regiæ 36. ad finem, ibi: Y si por el dicho proceso paresiere la dicha appellacion non ser justa, y legitimamente interpuesha, remitan luego el tal proceso al juez Ecclesiastico con condemnacion de costas, si les paresiere, para que el proceda, &c. quibus verbis

238 clarissime apparet, hoc genere decreti fieri expensarum, condemnationem duntaxat, scilicet; quando in denega-

239 ta appellatione iudicem vim minimè commississe detegitur quasi temerè, perperam, & perulorè conquerens causam calumniosè protrahi fecit ad Regium Senatuum, abutens saluberrimo recurſu ad præsidium innocentie invento, & illum in viculum, & tutamen malitiosè iniquitatis assumendo, juxta text. in cap. suggestum, de appellat. cum clausula in fine posita debeat ad proxima referri, maxime quia in medio unius orationis sit, quia

tunc illi duntaxat clausula apposita videtur; ut notum est, & in terminis bene adnotat Joan. Gutier. practi. q. civil. lib. 1. q. 20. n. 7. ad fin. quod verissimum existit. 240

240 tunc illi duntaxat clausula apposita videtur; ut notum est, & in terminis bene adnotat Joan. Gutier. practi. q. civil. lib. 1. q. 20. n. 7. ad fin. quod verissimum existit. 240

241 tunc illi duntaxat clausula apposita videtur; ut notum est, & in terminis bene adnotat Joan. Gutier. practi. q. civil. lib. 1. q. 20. n. 7. ad fin. quod verissimum existit. 240

Ex eo probantes, quoniam hoc provenit ex origine, & perfectione illius extrajudicialis cognitionis, & nuda defensionis, tanquam quid illius consequitivum, & accessorium, & quia ubi quis aditur, ut iudex competens, licet se pronuntiet incompetentem, condemnat agentem in expensis, l. fin. §. quoniam verò, ubi Platea 242 Cod. de re militari, & post Ana. Anani. & Fel. tenet Marant. de ordine jud. 4. part. princ. d. 8. n. 3. fol. 103. & in terminis etiam considerant Gregor. Lopez. Avend. Sese, Cæned. locis proximè citatis, & Joan. Gutier. lib. 1. q. 20. à n. 20.

Sed stat difficultas; an iudex Ecclesiasticus, qui vim 243 intulisse decernitur, possit juxta nostram l. Regiam in expensis condemnari. Et partem affirmativam videtur tenere Guillel. Bened. in cap. Raynut. verb. & uxorem nomine Adolaf. n. 320. & cum Gregor. Lop. & Avenda. 244 idem tenet Salced. in additio. ad prax. Bernard. Diaz. d. cap. 101. versiculo quod usque adeo, ubi dicit, quod hæc expensarum condemnatio locum habet contra vim inferentem, qui autem vim facit, iudex est Ecclesiasticus juxta nostram l. 36. imò ita in Senatu decreto expressè declaratur, ego ipse multari potest in expensis ex ipsis doctoribus. Eodem etiam loquendi modo utitur, & resolvit Cæned. d. quest. 45. in fin. & ut possit Ecclesiasticum vim facientem in expensis condemnare, firmat Sese in tract. de inhibitiõ. cap. 8. §. 3. n. 96. ad princ. & in terminis, ut iudex Ecclesiasticus queat condemnari in expensis expressè dixit Gaspar. Rodrig. de annu. reddit. l. 1. q. 7. sub n. 73. ubi ita intelligi Cæned. post alios modò citatos.

Sed contrarium sententiam, & opinionem longè veriorè esse existimo, & à praxi receptam; ut scilicet iudex Ecclesiasticus eo quod vim intulisse decernatur, in expensis non multetur, pro qua expressa videtur nostra l. Regia; 6. quia cum utrumque casum decernat putà, quando iudex Ecclesiasticus vim faciat non defrens, & quando vim non facere, non deferendo appellationi, tanquam minus legitime competum est, decretum: huic tantum casui posuit expensarum condemnationis facultatem, prout superius ex Gutier. ponderavimus. Ex quo sequitur evidenter, ut iudex Ecclesiasticus, non sit expensis multandus, sed pars, quæ malitiosè conquesta est, asserens se vim pati, & cum nullibi inveniamus hanc condemnationem expensarum faciendam, nisi in ista lege (loquor, quando ob non delatam appellationem aditur Senatus juxta terminos d. l. 36.) in qua duntaxat fit earum condemnatio, quando reperitur iudex vim non fecisse, & sic eo, quod abhorret Princeps, ut ejus auxilium dolosè, perperam, & fraudulenter impleretur, abutendò tam salubri remedio, partem ipsam, quæ dolosè se fingit oppressam, & vim passam multari permittit in expensis; cujus legis novum, & mirabilem intellectum, tanquam verissimum perpetuò tene menti, quæ tanquam exorbitans, non potest extra casum, quo loquitur, extendi.

Quare

247 Quare quod huiusmodi condemnatio habeat locum contra partem, tenet expressè Azeved. in d. l. 2. tit. 6. l. 2. recopil. in fin. ibi: Et solent aliquando partem unam in expensis condemnare, & quod iudex Ecclesiasticus non sit in expensis condemnandus, tenet expressè Gregor. Lopez in d. l. 13. tit. 13. part. 2. verb. ninfuerça, ad fin. & quod l. 36. Regia circa expensas non loquatur ne procedat in iudice etiam vim faciente, tenet, & declarat optimè Joan. Gutier. in pract. q. civil. lib. 1. qu. 20. num. 7. ad fin. licet ob inobedientiam sic (ut vix dicemus.)

248 Nec obstant Doctores in incontrarium citati, scilicet Sese, Rodrig. & Salced. quia vel intelligendi sunt secundum Benedictum; cuius doctrina fundatur, scilicet; quando iudex secularis, cognoscit de aliquo clerico violentè spoliante alterum, sive clericum sive secularem cujus cognitio in plurimis Christianorum regnis ex consuetudine pertinet Principibus supremis, prout late videtur est, & copiosè per Gaspar. Rodrig. de annu. reddit. lib. 1. quest. 17. à n. 25. cum pluribus, seqq. quo casu bene procedunt Doctores asserentes, contra vim facientem expensarum fieri condemnationem.

249 Vel etiam sunt intelligendi, quando iudex Ecclesiasticus ob contumaciam, & obedientiam Regiis provisionibus multatur in expensis sive provisioni ordinaria, sive secundæ iustioni dictæ sobre carta, quia tunc bene procedere firmat Doctor. Joan. Gutier. d. q. 20. ad fin. versiculo. secundo considera, & pro praxi idem testatur Practicus. Monterros. in practico de Cancellar. cap. 2. de la segunda manera en los pleytos, que se traben por via de fuerza, fol. 94. & ultra hos casus, Doctores loquentes audiendi non sunt, quia d. l. Regia non incidit in iudice, sed in parte, & tunc non semper, sed quando dolosè, ac ob calumniam invocavit auxilium Regium, & quod iudex Eccles. inobediens Regiis provisionibus possit per Senatores multari, probat Torre-Blanca in tract. de magia lib. 3. cap. 26. n. 30.

250 Sed cum d. l. Regia 36. (ut diximus) loquatur in parte condemnanda in expensis, quæro an procedat etiã, si pars quæ abusa est hoc recurſu, sit clericus, & videtur negativè dicendum, tum quia expensarum condemnationem supponit iudicalem & jurisdictionalem cognitionem, l. sancimus, Cod. de iudiciis, c. calumniam de pen. 251 Afflict. decis. Neapolita, 24. quæ jurisdictione, & judiciali cognitione caret Princeps in hoc recurſu per viam violentiæ, ut latius probavimus supra, c. 1. preliud. 5. & ferè per totum c. à princ. ergo in personas Ecclesiasticas expensarum condemnatio faciendâ non est.

252 Deinde quia licet clericis conventus coram seculari iudice, quando ob malitiam distulit declaratoriam usque ad finem litis & sententiam, possit condemnari in expensis, tamen iudex secularis earum condemnationem facere non potest, sed iudex Ecclesiasticus tantum. Abb. in c. si diligenti, de for. compet. col. penult. Bald. in l. 2. C. de Episcopali audi. & in l. si. ex aliena, colum. ff. de iudic. Decius consil. 241. Covar. pro utraque parte disputans pract. q. c. 35. n. 2. & à princ. plures etiam pro utraque adducens idem tenet Salced. in additio. ad Bern. in pract. crim. cap. 62. num. 6. fol. 222. Roland. à Vall. consil. 12. n. 38. volum. 2. Gramat. voto 18. n. 17. Mart. tract. de iurisd. cas. 102. n. 18. Prosp. Farin. in pract. crim. quest. 8. n. 17. ergo huiusmodi condemnatio faciendâ non est contra clericum.

253 Sed contrarium verius esse existimo, tum quia in parte (quæcumque sit) nullus ex supradictis Doctoribus, hætenus de hac re tractans dubitavit, imò ex omnium mente est, ut in persona Ecclesiastica cadat hæc multa, quia proponunt difficultatem supradictam, & nihilominus solvunt, non procedit in earum condemnatione cum jurisdictione, sed extrajudicialiter, tanquam consequitivum, & sic loquuntur in Ecclesiastica persona; quoniam inter laicos, & super re merè profana

& Reo laico datur decretum, laicorum, in quo ut habeat locum hæc condemnatio; nemo dubitat, sed probat Greg. Lop. in d. l. 13. tit. 13. part. 2. verb. ninfuerça, in fin. deinde quia dum prædicta Doctores excipiunt tantum iudicem Ecclesiasticum, firmat regulam in cæteris tum etiam quia communiter practicatur in dies, ut si aliqua persona Ecclesiastica petat provisionem, de autos 255 diminutos, in hac cognitione per viam violentiæ, & Senatus suspicetur fortè calumniosè petitam esse, ad finem duntaxat (prout assolet) suspendendi cognitionem, & processus inspectionem, solet concedere illam cum limitatione, quod si acta, quæ defecisse asserit intra assignatum terminum non adducat, præter tot denarios parti adversæ pro expensis, item & idem servatur, conquirente intimante ordinariam parti appellatæ quæ 256 comparente termino transacto, non adest querelans in Senatu, tunc pars appellata utitur remedio (de quo nos latius supra, hoc cap. diximus) & perit ut sibi reficiantur impensæ, & pluries sic iubetur; ergo à fortiori dicendum est in calumnia super principali, & probatur expressè ex doctrina Flores de Mena pract. q. lib. 2. q. 18. n. 8. 257 ubi dicit posse Regios Senatores condemnare in expensis injustè impetrament Bullas Apostolicas, quando ad illos recurritur per viam violentiæ, ut detineantur; quia putà, est in derogationem iurisdictionis Regiæ, vel laicorum, quas alius, quàm clericus non impetrat, & sic idem in nostro casu resolvendum sine dubio.

Nec obstat, quod in contrarium adduximus, quia 258 expensarum præstatio sui natura attenda non exigit jurisdictionem, quia etiam inter privatos potest in pactum deduci, & ab arbitris, seu arbitratoribus etiam potest condemnatio earum fieri; sed tunc exigit jurisdictionem, quando in iudicio formato petuntur, & condemnatio fit, prout loquuntur, contraria: at cum hæc cognitio sit extrajudicialis, ad ejus perfectionem tanquam quid consequitivum potest fieri multa hæc: nec obstat, quod ex Covarr. Dec. Rolan. Mart. Farin. & aliis proximè citatis 259

ut secularis non possit condemnare in expensis clericum differentem declinatoriam; quia ibi iudex est incapax articuli principalis, de quo non potest cognoscere, & sic nec de accessorio quia deficit fundamentum, quia qualitas non potest esse sine subjecto, ut expressè dicunt Doctores præcitati, quæ ratio non procedit in nostro casu, quoniam Principi competit cognitio extrajudicialis per viam violentiæ omni jure, & sic multo fortius sibi competens super accessorio pariter extrajudicialiter, ut arbitro, & similibus, quia articuli incidentes 260

vestiuntur, & assumunt naturam causæ principalis, & ita si hæc est summaria, omnes ejus articuli sunt summarii, si est inappellabilis, & ejus articuli efficiuntur inappellabiles, & causa executiva super principali; etiam efficitur executiva super accessorio, de quibus latissime agimus infra 2. part. cap. 6. per totum, & 261 aliis pluribus locis hujus tractatus, & ecce comprobatur, quia licet appellatio, suâ naturâ attenda supponit iudicium, & sententiam jurisdictionaliter latam, & tamen si interponatur ab actu extrajudicialiter celebrato & iudice extrajudicialiter procedente, ejus natura vestitur, & pariter est appellatio extrajudicialis, in plurimis distincta à judiciali; de quibus nos late infra, 2. p. c. 13. à princ. ergo idem dicendum est in nostro casu; quare audiendum non est, Ceval. (quem post hæc scripta vidi) in tract. de cognitio. per viam violentiæ, gloss. 16. 262

262 n. 7. & 8. in hoc articulo contrarium sentiens, motus ex d. doctrina Decii Rolan. Farin. & aliorum, cui nunc congruam responſionem tradimus: ubi etiam asserit suam opinionem esse de mente Joan. Gutier. & Gregor. Sopes quia contrarium est verius, imò eorum, & cæterorum omnium intentionem meam fovet omnino. Igitur expedita præfata provisione Regia, inserto 263 de verbo ad verbum decreto tribunalis, super articulo violentiæ, intimato iudici Ecclesiastico statim tenetur obtem-